

SEQUUNTUR ARTICULI.

I.

In primis Nos pro nobis et successoribus nostris tenore presentium concessimus et concedimus, quod Praefecto, Assistentibus et Societati Mercatorum Anglicorum, qui in Orientalibus partibus nauigare solent, et singulis qui in eam societatem cooptati sunt, perpetuis futuris temporibus liberum et concessum erit, per terras, maria, et aquas dulces ad quaecumque loca et oppida, ac portus quoscumque, ditionum nostrarum tuto et secure cum nauibus aut sine nauibus accedere, in ipsius quam diu volent commorari, omniaque ibi et singula ad eorum usum, commoda et necessaria, emere et vendere, ab ipsius ditionum nostrarum locis, oppidis et portibus ad loca quaecumque, siue sua, siue aliena, cum rebus et mercibus suis quibuscumque, pro arbitrio et commodo suo, quancumque, et quotiescumque, volent redire, non secus ac si nostri proprii forent subditi, eaque in omnibus rebus iustitia, aequitate securitate et libertate gaudere debere, et nullo unquam saluo conductu aut licentia in genere vel in specie indignam.

II.

Item quia tam ex usu mercatorum dictorum, quam ex re eorum qui merces illas ab illis emere esse comperitur, et certam quandam et designatam sedem habeant ad quam dicti mercatores omnes, cum suis nauibus et mercibus debeant accedere, nullusque locus illis aut commodior aut gratior esse videtur, quam Ciuitas nostra Elbinga nos a moris nostri erga mercatores dictos edificandi, et ciuitatis nostrae Elbingensis amplificanda, et praestita sua erga nos fidei magis magisque excitanda causa pro nobis et successoribus nostris concessimus et concedimus, itaque inter dictos, tam mercatores Anglos, quam Ciues nostros Elbingenses, conclusum, concordatum et conuentum est, quod res omnes et merces, quae a Societate dicta, in Regni nostri ditiones trans maris importantur, ad ciuitatem nostram Elbingam, in locis consuetis, et ei usui destinatis, tanquam in Emporium exponantur, ibique reponentur ex more, et recondentur in granarijs, in aereis frumentarijs, tabernis, officinis, prout ipsis mercatoribus commodum esse videbitur, quoad ex inde diuendantur et distrabantur aut in alias partes ditionum nostrarum exponantur, neque passim

quibuscunq; a hys in locis territorij Elbingensis exponantur,
aut de nauis in nauem (consilio seu ammo in alium locum
illum quam in dictam ciuitatem nr̄am perferendi priusquam
ibi exposita s̄nt) transferentur.

III.

Item conclusum, concordatum et conuentum est, quod
ad stabilem negotiationis Anglicanae exercenda sedem in tra
Ciuitatem nr̄am Elbingensem ponendam et figendam dicte
mercatorum societati, satis ampla et capax domus, quam
ex certa pensione annua soluta inhabitare possit, ab Elbin-
gensibus ciuibus concedatur, eaq; ipsis, siue auctione pu-
bly, s̄ti fuerit tam diu liceat, quoad ipsis in area (qua ci-
uitatis sumptibus ipsis danda est et designanda) edificii-
um extruatur et fabricetur, de cuius sumptibus in posteru
conuenietur.

IIII.

Item conclusum concordatum et conuentum est, quod di-
cta Societati Mercatorum, ad pietatem erga Deum conam-
miter exercendam, in domo dicte, qua perpetuo ipsorum
Residential est designata, liberum et concessum sit sese ad
diuinas preces ferendas conuocare, easq; ibi preces suas,
more et ritu quo in Anglia fieri solet, sine ulla impedimento ex-
ercere. Quod aut ad Anglos mortuos sepelendos attinet,
vniuscunq; Angelus Elbinga mortuus, secundu existimationem
et dignitatem suam, inter ciues Elbingenses ritu et more in-
ter ipsos recepto, vel intra ipsas Basilicas vel in Cemite-
rijs templorum Elbingensium sepeliatur.

V.

Item conclusum concordatum et conuentum est, quod di-
cta Societas mercatorum auctoritatem habeat, quostamvis
Praefectum seu deputatum societatis sua, et quos si ci-
bi assistentes, et curia sua ministros desiderauerit, elige-
di, eosdemq; ex forma in diplomate Reginae M̄tis com-
prehensa, iureiurando astringendi, notuosq; mortuos, aut
in Angliam abeuntibus substituendi, quotiescunq; occasio
postulabit. Qui quidem praefectus, nec per se, nec per
suos assistentes, quidquam in prauidiciu aut diminutionem
nr̄am, vel successorum nostrorum, pro tempore existi-
um, vel ciuitatis nr̄ae Elbingensis Meratunq; illius,
sine consultando siue agendo suscipere debet.

VI.

Item conclusum, concordatum, et conuentum est, quod dictus Praefectus seu deputatus, et assistentes in omnibus causis et controuersijs Ciuilibus, inter Anglos subortis u: dicandis auctoritatem habeant, ut et etiam in iniurijs, cuius: cunq; sint qm̄s, modo ea sint citra mutilationem rupturamul ali: cuius membri, aut grauem vulnerom, et publica cuius tra: quillitas inde non fuerit perturbata, quibus casibus ut in reliquis etiam omnibus enormibus et grauibus D. Buxgraba: bins, et reliquis Ciuitatis Magistratus cognitionem ex officio habeat integram.

VII.

Item conclusum concordatum et conuentum est, quod dicto praefecto seu deputato, et assistentibus, potestas sit concedendi Ordinationes et statuta, secundum qua suos Anglos ad bonam uitae disciplinam cogere, et in officio suo continere possint. Item qua de Comerhoru rationib9 consideratione temporu aut abroganda aut sanrienda esse duxerint, in quibus tñ quantum ad mercatum Elbingense attinet, nihil illis aut nouare aut statuere licebit, nisi prius consilium suum cum Magistratu Elbingensi, qui pro tempore fuerit communicarit, eiusq; assensum obtinerit qui etiam idipsum in suis legibus forensibus sancienti obseruabit.

VIII.

Item conclusum, concordatum et conuentum est, quod dicta Societas Mercatorum, se in domum cogere, in domo sua conuenire, et suas curias habere toties quoties uoluerit, possit, dum mo nihil ibidem in prauidicium nr̄m et praefatae nr̄ae Regiae Urbis Elbingensis tradetur aut suscipiatur.

IX.

Item conclusum concordatum et conuentum est, quod oēs et singulae personae, de dicta societate, de contractibus inter sese disidentes, ad praefectum seu deputatum, et assistentes dictae societatis remittantur, quodq; oem auctoritatem suam Magistratus loci accommodet, et illis debita obedientia ab Anglis suis exhibeatur. Quod si Anglus actionem quamcuq; Ciuili Elbingensi, ex quocunq; contractu aut extraneo, regni incolae, ex recepti contractu factoue aliquo intentare uoluerit, coram Magistratu loci, siue iudice ordinario Ciuitatis illud faciet. Si uero Ciuis uel Extraneus Anglo Ciuilem actionem intentauit libe:

rum atq; integrum actori erit, coram dictis Praefecto seu deputato
tanq; iudice compromissario (cuius sententia in eo casu si-
ue appellatione aliqua vtriq; stabitur.) vel coram Magistratu loci seu
iudice ordinario Ciuitatis experiri, vbi reus sine omni fori
declinatione comparabit, iudicio stabit, et tam ipse quam ac-
tor iure Ciuitatis vtetur.

De literis moratorijs saluis conductibus, prote-
ctionibus, prouocationibus et de quantitate pro-
pter quam prouocari poterit in dictis casibus cu-
ad S. M^{tem} Ventum erit agetur et conueniet.

X.

Item conclusum, concordatum et conuentum est, quod
in casu, quo Angelus aliquis, qui soluendo non est, aut or-
restandus, aut in carcerem mandandus est. Arrestatio prima fi-
et, per ministros Magistratus Elbingeris, post autem (ad
seruandam Anglis existimationem suam) anteq; ad in-
carcerem procedatur, res omnis deputato significetur,
expecteturq; in domo aliqua, si forte opa eius inueniē-
te, his suborta amice componi possit. Quod si in casum ab-
ierit, liberum sit Magistratui debitorem carceri (cui-
bus Elbingeris in carcerandis destinato) mancipare,
aut tale aliquis in eum statuere, quod iure communi Ci-
uili de decedentibus receptum est.

XI.

Item conclusum concordatum et conuentum est, quod
omnibus et singulis de praefata Societate iure liceat in
causis suis Ciuilibus, vel perse, vel per alium legitime co-
stitutum mandatarium, procuratorem, vel de rato cauē-
tem agere. In criminalibus vero Reus principalis qui per
alium respondere, aut se defendere velit, praesens esse debet.

XII.

Item conclusum, concordatum et conuentum est, quod
omnibus et singulis de dicta societate, liceat et licebit in
omnibus actionibus testes producere, et testimonium ferre,
nisi socij in eadem de qua agitur causa fuerint, cessante
omnino et omnimoda contra ipsos et ipsorum quemlibet,
vel agentis vel non ciuis vel religionis exceptione et no-
alijs a iure ciuili permissis exceptionibus.

XIII.

Item conclusum concordatum et conuentum est

quod actiones omnes in quibus de debitis liquidis et chyrogaphis, et similibus contractibus qui facilem et paratam probationem habent, agitur, et in quibus propterea summaria causa cognitio et executio postulatur infra quadraginta dies, a tempore litis mota numerandos, modo id ex iuris aequitate fieri possit terminentur. In alijs vero quae maturum et legitimum processum desiderant, iustus iudiciorum ordo obseruetur, idemque Ciuibus Elbingensibus tam a Praefecto seu deputato, et assistentibus qui ibi bingae sunt, quam a reliquis Magistratibus et iudicibus in Anglia praestetur.

XIII.

Item conclusum concordatum et conuentum est quod omnes et singuli, siue Ciues, siue extranei in quemcumque Anglum de eadem Societate, quoquo modo delinquentes pro ratione et grauitate delictorum, sine dilatione, meritis poenis coerceanantur, utque etiam similiter Angli, si qui vel in ciues Elbingenses vel extraneos deliquerint, isdem poenis afficiantur et puniantur.

XV.

Item conclusum concordatum et conuentum est, quod bona quaecumque cuiuscumque Angli de dicta Societate existentis, quae furto aut rapina ablata sunt, si apud alium quam furem raptorem (quammvis bona fidei professor sit) reperiantur, domino, qui sua essea ea docuerit reddantur, et restituantur sine mora, impensis litis ab actore persoluentis.

XVI.

Item conclusum concordatum et conuentum est, quod Praefectus seu deputatus, et assistentes Societatis dictae, suos immorigeros et praefatos Anglos in omnibus causis, quae supra ad eorum Iurisdictionem spectare dicta sunt, in carcere Ciuitatis publico, Ciuibus Elbingensibus in carcerandis destinato (Magistratu Ciuitatis dictae prius requisito) in carcerare possint, quoties et quando ipsis videatur, idque sine ulla causa relatione ad Magistratum, si modo dictus Praefectus seu deputatus et assistentes, Magistratui dicto, de actionis, detentionis siue in carcerationis iniusta indemnitate caueant et prospiciant.

XVII.

Item conclusum, concordatum et conuentum est quod omnibus et singulis de dicta societate existentibus, detur facultas conducendi et possidendi aedes, tam publicas quam priuatas in Ciuitate Elbingensi, et Suburbijs eius, atque etiam tabernas, granaria, areasque frumentarias, pro ratione hominum, et rerum merciumque suarum quantitate.

XVIII.

Item conclusum, concordatum et conuentum est, quod in parandis rebus quae ad escam potumque pertinent, Angli omnes et singuli, qui in dictam societatem recepti sunt eandem omnino libertatem habeant, quam indigenae et Ciues Elbingenses habent. Quia uero Elbingae consuetudo est, ea omnia certo loco exponi, in foro nempe mercatorio, et ad pontem, ne qua licentiae fenestra cuiquam aperiat, sed tam Anglis quam Ciuibus aequè commodè in his rebus prospiciatur, conuenit certum locum victualium, uenditioni et emptioni assignatum seruandum esse. Nam aliqui si in suburbis et pagis adiacentibus pro polarem quastus contessus esset, precium rerum uenaliu supra modum cresceret et augeretur.

XIX.

Item conclusum concordatum et conuentum est, quod in alijs rebus omnibus, comparandis, quae rei familiaris tuenda et augetur causa comparari solent, siue ea mari, siue terra in ciuitatem dictam importantur, et siue ea in foro mercatorio siue ad pontem uenales exponuntur, earum emptio Anglo ulli ex dicta societate, tam libera, quam ciui cuiuscumque sit. Et quia Ciues ea in re quibusdam legibus et statutis suis forensibus circumscripti sunt, eisdem etiam societas circumscribitur. Quae et plurimum, quia temporariae sunt, et temporibus mutari et aptari solent, ne quid in societate dicta aut huius priuilegij prauiudicium factum esse putetur, tam nonnullae leges quae nunc in ususunt, quam quaecumque post haec aut mutandae, aut demum sanciendae, aut abrogandae sunt, earum quae ad forum et mercatum pertinent, praefecto dicto et assistentibus, qui pro tempore fuerint, simul atque latae aut sublatae sunt comunicentur.

Item conclusum, concordatum et conuentum est quod
 cuiusq; Anglo, de Societate dicta existenti, omnege-
 nis mercium, siue ea tra, siue mari ad ciuitatem Elbin-
 gam aduebuntur, perinde atq; ciuibus emere, idq; tam
 ab incolis Suius Regni quam ab aduenis, cuiuscunq;ue
 ritus aut religionis sint, et in alias terras libere expor-
 tare liceat: sic tamen, Et iudem patrifamilias un atq;
 alteri tenuioris fortuna, licitatiuori interuenienti, et cupi-
 enti in rei familiaris sua usus necessarios, de hmo frume-
 to, et lupulo coempto lapidem seu modium unum atq;
 alterum, citra auidionem precij concedant et coicent.

XXI.

Item conclusum, concordatum et conuentum est quod
 si mercator Anglus frumentum, linum, aut alias mer-
 ces vllas, in suis terris emptas, aut noht, aut nequeat,
 in Angliam mittere, easdem possit et debeat pro arbitrio
 suo Elbingae distrabere et reuendere, sit tn ut id faciat
 in grosso modo, non minutatim, hoc est, ut frumentum
 et pitem, tam liquidam quam aridam, non minore qua-
 litate quam per lastam reuendat, linum atq; cannabim
 per dimidium lasta: alias vero merces quas per libram
 nauticam emit, per libram nauticam vicissim, caeterasq;
 quas per lapidem emit, per lapidem denus et non minore
 quantitate distrabat.

XXII.

Item conclusum, concordatum et conuentum est, quod
 onusquisq; de dicta Societate Anglus, pannos suos
 oes Elbingae in grosso modo, integros, non minutatim p
 vlnas debeat distrabere. Pannos autem preciosiores
 quorum precium est grossorum Elbingensium in sim-
 gulas vlnas sexaginta, aut eo amplius ei liceat per
 vlnam aut vlnas quibuscunq; petentibus communicare.

XXIII.

Item conclusum, concordatum et conuentum est qd
 Ciuitatis praedictae nicola et attola, nullo extraneo
 ad id minus adhibito, suis scaphis atq; limteibus na-
 ues Anglicas omnes, omnibus suis mercibus, tam importa-
 tis quam exportandis onerent et exonerent iusto tamen
 et certo precio, per mutuum consensum senatus et so-

cietatis dictae constituto, quo si iidem acquiescere aut contenti esse nolint, quod tum potestas fiat alijs etiam peregrinis et quibuscumq; operam suam ea in re Anglis locandi et nauandi. Quod si portitores dicti negligentes aut minus fidi erant, tam senatus quam societatis mutuo cum consensu ab officio suo remoueri, et damnū si quod sua negligentia datum erit, resarcire debent.

XXIII.

Item conclusum, concordatum et conuentum est quod libera atq; integra potestas sit mercatoribus Anglis aduertur ad quocumq; sine Anglum sine Ciuitate diuertendi, sic tamen, ut ne quis, qui eos hospitio suo sit excepturus maiorem inde hospitum numerum acquirat, quam qui ex Senatus constitutione Ciuibus praescriptus erit. Praefecto uero seu deputato Societatis dictae (quod is assistentes pro aliorum absentia nunc hos nunt illos habere debeat) liberum et concessum sit, quot et quos uolet Anglos apud se excipere et hospitare, qui tamen numerum quadragenarium non excedant.

XXV

Item conclusum, concordatum et conuentum est, quod ponderatores, libratores, Mensuratores, Cran et praefecti, probatores, proxieta, ligatores, operarij, auriga mutuo cum consensu Senatus et Societatis deputatorum eligantur, quod ab eis et alijs etiam, in officijs et muneribus suis praestant. Ad fidei iuramentum praestent, et mercede laborum suorum tam a Senatu quam a Societate desynata contenti sint. Quorum etiam consensu mutuo negligentes et minus fidi ab officijs suis remouantur. Quod si ullius ex praedictis ministris, aut negligentia, aut culpa, in mercibus cludorum mercatorum quid damni detur, id ipsum uniusquisque qui illud dederit arbitrio proconsulis et deputati praestare debeat.

XXVI.

Item conclusum concordatum et conuentum est, quod cuiuscumq; Anglo libera potestas sit, de suis bonis, ex recepta per ipsos et usitata in Anglia iuris forma testamento suo liberè disponendi, praeterea de ijs bonis, quae uel dotem Elbingae constitutam concernunt uel ex Saerchitate aliqua

ibidem obuenerunt, qua sub cautione sufficienti praestita uxoris et sacerdotibus ipsorum expedire manere salua, et ideo de his omnibus disponendi ratio Iuri municipali Cuiusmodi Pflingensis reseruatur.

XXVII.

Item conclusum concordatum et conuentum est, quod custodia rerum omnium ab Anglis defunctis, de dicta Societate existentibus, testato intestatoque relictarum penes praefectum seu deputatum dictum, et assistentes dictos sit. Ita tamen ut prius Inventarium rerum ex Iuris formula conficiant, et uniuscuiusque Creditorum defuncti ratio habeatur, priusque ea bona ex ipsorum custodia dimittantur.

XXVIII.

Item conclusum concordatum et conuentum est, quod vnusquisque de dicta Societate Angelus, qui velit Ius Cuiusmodi Pflingensis obtinere, non prius in ciuem recipiatur, quam Iuras probe ad vitam suam, et Senestras a Societate dimissionis testes, a praefecto seu deputato dicto, ad Proconsulem Pflingensem afferat. Quisquis autem sic attulerit, et in numerum ciuium receptus est liberam facultatem fundos et alia bona immobilia etiam et possidendi habeat, perinde ut alij Ciues vlli, aut haberi possunt aut reuera habent.

XXIX.

Item conclusum concordatum et conuentum est, quod liceat cuiusque et unicuique Cuiusmodi Pflingensi, res sibi et fundos suos, pro plena solutione debitorum suorum, cuiusque de dicta Societate existenti offignorare, eos deique sic offignoratos ad plenam debitorum suorum solutionem ex forma pignorum vendendorum, a Iure Ciuili praescripta distrahere et diuendere quacumque alia consuetudine in contrarium faciente, non obstante.

XXX.

Item Conclusum concordatum et conuentum est, cum nihil adeo liberis mercatorum commercijs aduersetur atque quotidiana et noua exactiones, quod singuli de Societate dicta Angli, ab omnibus et singulis pensationibus, quae a Senatu Ciuibus, aut nunc impositae

sunt, aut in posterum imponantur, liberi et immunes sint.
Coeterum de ijs Anglis qui praeterea quod negociantur
eodem etiam quo cives iure, domos et aedificia habe-
re volunt, conuenit ut rōe aeduiū idem quod cives essent.

Quod uerò ad ea exactionum genera quae
à Regibus Poloniae Regibus, aut subditis aut
exteris imponantur, Cives Elbingenses suo
nomine, et nos Reginae nostrae nomine, ea-
rum vacationem à Rege Summissime petemus.

XXXI.

Item conclusum concordatum et conuentum est, quod
Regina Anglia, omnibus Ciuibus Elbingensibus
perpetuis futuris temporibus facultatem concedat,
per trās, maria, uel aquas dulces ad quaecumque loca
et officina ac portus quoscumque ditionum suarum, cum na-
uibus, mercibus et rebus suis, tuto et secure accedendi,
ac in eisdem quamdiu uolent commorandi, omniaque et sin-
gula ad eorum usum, comoda et necessaria emendi et ven-
dendi, tam cum Regni Angliae incolis quam aduenis qui-
buscumque ab iisdemque ditionum suarum locis officinis et
portibus, ad loca quaecumque, siue sua siue aliena, cum
rebus, mercibus, et nauibus suis, quibuscumque, pro ar-
bitratu suo redeundi, non secus ac si Reginae ipsius
proprij forent subditi, ac in omnibus ditionum suarum
locis, tam in ijs rebus, quae ad iuris processum spectant
quam quae ad contractus attinent ut proprij Reginae Angli-
ae, et in diuina Angli tractabuntur. Et si quae praeterea
à benignitate Regum impetrare possint ut ea tanquam
insecta in hoc priuilegio habeantur.

XXXII

Item conclusum, concordatum et conuentum est,
quod omnes et singuli natiui Angli, qui in Regno Angliae
perfidii et à fide sua desciscentes reperi fuerint, non
solum beneficio horum priuilegiorum excludantur et ca-
reant, sed etiam iure di Ciuitatis Elbingensis (si in
Ciuum numerum recepti sint) ipso facto (postquam
rebelles sic ex Anglia demerantur) decedant et

et priuentur. E conuerso etiam, quod eius modi natiui
Elbingenses, qui in patriam suam perfidi, aut qui Re-
publicam Elbingensem, propter constitutam hanc co-
merciorum sedem insectantur. C postq. tales esse in
Angliam perscriptum est.) omni etiam in Anglia et Ciuita-
tis Jure, et priuilegijs Sorum beneficio careant et ex-
cludantur

XXXIII.

Item Conuentum, concordatum et conclusum est, si
aliqua dubietas, ambiguitas, obscuritas seu quaestio,
inter quemcunq. de dicta Societate Anglum, et Ci-
uem Elbingensem, in aut super aliquo articulo pri-
uilegij Suius, capite seu membro aliquo alicuius arti-
culi, in hoc priuilegio comprehensi, oriatur aut mou-
atur, quod interpretatio, resolutio et explicatio eiusdem,
ad normam aegritatis, a Jure Ciuili praescriptam refe-
ratur, et iuxta eandem explicetur et terminetur, nec p-
pter tale aliquod sic exortum dubium, totum priuilegi-
um labascet aut frustretur, sed in suo robore et fir-
mitate nihilominus consistat et permaneat.